



**R. P. Sebast. Izquierdo Alcarazensis Soc. Iesv, svpremis
Inqquisitionis Senatvs Censoris, Et Olim Complvti SS.
Theologiæ Professoris. Pharvs Scientiarvm**

Izquierdo, Sebastián

Lugduni, 1659

Quæst. 4. Quid, & qualiter censendum sit de methodis sciendi hactenus
vulgò traditis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95620](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95620)

præbere materiam scientiæ in infinitum augibilis, nec undeque vñquam exhaurienda.

Ex quibus sequitur secundū. Cetera instrumenta sub initium huius tractatus commemorata, ex quibus integra Ars vniuersalis sciendi, sive acquirendi scientiam coalescit, vni *Combinationi*, quæ huiusmodi Artis est pars potissima, quadammodo subordinata esse. *Observatio* enī in aduentis terminis, quæstionibus, propositionibus, & illationibus obiectiis, quæ sunt materia combinationis, distinta est. *Compositio* autem, & *Divisio* adunando dispersa, & distinguendo confusa eandem materiam ad combinationem adaptat. Quam insuper perficit. *Definitio* omnino modam eius explicacionem exhibens. *Locatio* & illam, ut ad manum sit, suis in locis reponit; & loca item vbi inuenienda sit designat. *Argumentatio*, præterquam quod quidam est combinationis comes, seu potius immediatus effectus, sicut & iudicatio seu scientia ipsa, speciales insuper formas præscribit necessario inferendi, arque adeo infallibiliter per illas iudicandi de inueniis per combinationem. *Translatio* in quadam analogorum comparatione, quæ non sine combinatione fit, præcipue constitit; speciali que quoddam argumentationis genus pro effectu haberet. *Memoratio* scientiam per combinationem comparatam docet repetrere, & retinere. *Traditio* autem docet eandem aliis communicare: omniaque ferme instrumenta ita insuper combinatio ipsa transcendit; quatenus nullum ferme eorum absque vñ combinationis ritè, & scientifice venit in vñsum. Nulla quippe ferme operatio intellectus humani ritè ab ipso peragi potest sive combinatione; hoc ipso quod modus, quem habet operandi, intelligendive, sive sciendi pro statu praesenti comparatiuus est. Quæ omnia ex dicendis latius in sequentibus *disputationibus* magis conspicua fient.

17 Vnde etiam amplius constabit, legitimam, & vnicam Arctem vniuersalem sciendi, sive acquirendi scientiam humanam, imprimis ex *Combinatione*, deinde ex ceteris instrumentis recensitis, prout à nobis exponentur, constare.

QVÆSTIO IV.

*Quid & qualiter censendum sit de Artibus
sive Methodis sciendi hactenus traditis
& euulgatis, quæ in scholis
circumferuntur.*

18 **Q**uæ ego vidi sunt. Organum Aristotelis, si quæ Logica, à multis post ipsius expounderibus explicata, sed parum aucta. Rhethorica tum ab eodem, & Cicerone, & Quintiliano, & aliis antiquioribus composita, tum à Modernioribus illustrata. Ars, quæ mirabiliter appellat Raymundi Lullij. Syntaxes Artis mirabilis Petri Gregorij Tolosani. Digestum sapientie Yuonis Parisini Capucini. Ars Cyclogonica Cornelij Gemmæ; & Instauratio magna inchoata à Franciso de Verulamio. De quibus singulis sigillatim meum fero iudicium, ut sequitur.

De Logica, sive Dialectica.

19 Aristoteles à libro Categoriarum, sive Prædicamentorum incepit suam Logicam. In quo post præmissam explicationem Vniuersorum, & quinocorū, Denominati-

uorum, & eorum quæ in subiecto sunt, ab non sunt, de subiecto quæ dicuntur, aut non dicuntur, ad decem genera vniuersalia, ad decem terminos genericos reducit cuncta ab intellectu humano scibili, collocando sub singulis suo ordine quæcumque sub singulis subordinatæ continentur, vñlant quæ genera minus vniuersalia, seu species intermedia, vel tanquam insimæ species, vel tanquam indiuidua. Decem autem genera sunt. Substantia, Quantitas, Relatio, Qualitas, Actio, Passe, Quando, Vbi, Situs, Habere. Quotum vniuersumque naturæ, & paliōnes, parrelque in quas diuiditur breuerit explicat. Subiungit, & exponit quædam prædicta multis prædicamentis communia, que Postprædicamenta appellantur. Ut est oppositæ, & ceteri, vel posterius, vel simili, & moueri aliquæ specie moros.

Sequuntur libri Perihermenias, sive de interpretatione; vbi agit Aristoteles de significatione voci, de Nomine & Verbo, de Oratione, de Enuntiatione, fine Propositione, & eius speciebus; Deque propositionis oppositionibus.

Post hæc scripsit Arist. Priora Analytica, seu libri de Priore resolutione: vbi latè tractat de argumentationis speciebus; potissimum vero de syllogismis, quod attinet ad eorum formam præficiendō à materia. In Posterioribus vero Analyticis, seu libris de Posteriori resolutione, postmodum agit Arist. de Demonstratione, sive de Syllogismo demonstratiuo. Qui quidem, supposita legitimâ formâ, de quâ egerat Arist. in præcedentibus libris, & solâ evidentiâ materiae evadit demonstratiuus, seu demonstratio.

Sequuntur libri Logisticorum in quibus tractat Arist. de Argumentatione, arque adeo de syllogismo probabili, qui Dialecticus dici solet, recensitis per otium locis, vnde argumenta probabilitatis peti possunt, ad discernendum circa quævis questionem. Qui loci propterea dialectici dici etiam solent.

Postremè in libris Elenchorum Arist. agit de argumentationibus, arque adeo de syllogismis sophisticis, sive fallacibus, de quæ locis vnde sophistæ argumenta sumere possunt, aut etiam solent ad decipiendum.

Hæc Arist. in suâ Logicâ. Quibus addidit Porphyrius tractatum de Prædicabilibus, ut Prædicamentis Aristot. lucem adferret. Ex ceteris vero Interpretibus tum Arist. tum Porphyrius quidam doctrinam eorum paulo vberius explicant. Quidam vero præfictum Moderniores implicant potius, multis metaphysicis disputationibus in Logicam longè ab ipsâ alienis inferunt.

Legitima quippe Logica ea scientia practica est, quæ intellectum humanum in suis operationibus dirigit, arque ita eò rendere, ad idque proficia esse debent, quemque tractantur in Logica, ut præbeant instrumenta, sive regula practica, quibus iuenerit ac dirigatur intellectus humanus ad simpliciter apprehendendum, iudicandum, & discernendum, prope oportet, ut veritates, falsitatemque in omni materia scientiarum illarumque subinde scientiam acquirat, & in dies augeat. Ad quem finem conducunt tractatus de terminis respondentibus simplici apprehensioni, tractatus de propositionibus respondentibus iudicio, & tractatus de argumentationibus correspondentiibus discursu: quæ sunt tria genera operationum intellectus humani, iuxta latius dicta supra dicitur. 2.

Porro ad tractatum de terminis pertinent Prædicamenta Arist., quatenus ordinaciones quædam locique quidam sunt terminorum, arque adeo ad id instrumen-

instrumentum sciendi spectant, quod nos locatio-
nem vocamus. De quo latè infra. Pertinent etiam
ad tractatum de terminis yniuersalia, sive prædic-
abilia Porphyrij, de quibus nos egimus disp. 17.
nec non cætera, quæ de terminis addunt Logici,
tradita à nobis disp. 18. quæ quidem vel confe-
runt, vel spectant ad aliud sciendi instrumentum.
Quod obseruationem appellamus: de quo etiam in-
fra. Pertinent etiam ad tractatum de terminis Defi-
nitio, & maiori ex parte Compositio, & Divisio:
De quibus etiam logici Aristotelici agunt: sunt
que tria alia instrumenta sciendi explicatiū à no-
bis, quā ab illis inferius tradenda. Ad tractatum
autem de propositionibus pertinent tradita ab
Aristo, in libris Perihermen, & à nobis disp. 19.
quæ ad aliqua ex instrumentis sciendi commemo-
ratis, & fuisus inferius exhibendis multum condu-
cunt. Denique ad tractatum de Argumentationi-
bus pertinent, quæ tradita sunt ab Arist. in lib-
ris Priorum & Posteriorum, atque etiam Topicorum,
& Elenchorum, & à nobis copiosius
supra disputatione vigesima, conducentrum ad
alia instrumenta sciendi, tum maxime ad argu-
mentationarem, quod unum est nūmero eorum.
Quamquam autem, quæ de locis argumentorum
Arist. in libris Topicorum tradidit, quodammodo
videantur spectare ad potissimum sciendi instru-
mentum, quod est Combinatio, sive ipsum concer-
nere. Tamen neque Arist. neque eius Ascleiae mi-
rabilent tali instrumenti vim, & energiam viden-
tur agnouisse. Quandoquidem nūmentio quidem
ex parte illi fecerunt. Absque quo per-
spicue exposito, prorsus illud dabitur infra, val-
de imperfecta proculdubio extitit haec tenus Arist.
Logica. In qua etiam alia ex instrumentis sciendi
tradendis, aut absolute aut quoad debitam per-
fectionem desiderantur.

De Rhetorica

27 Rhetorica quam aliqui, ut alias terimus, dum-
taxat discriminant à Logica, velut manum extensā
à compresā pro fine habet persuasionem, motio-
nemq; animorum, vnde ea in perficiendā dictione,
quæ homines alias hominibus suos manifestant con-
ceptus, in ordine ad eos persuadendos, atque mouē-
dos, distenta est. Quoad hanc autem partem satis
perfecta videtur circumferri in Auctoribus, qui de
ea scripserunt: Tametsi his temporibus minus quam
olim, quamque oportere astimata, ad proximique
reducta sit. Habet tamen Rhetorica alteram partem
præiunam, in qua præcipue modo dicto Logica affi-
nilitatur, cuius minus est quartæ, & inuenire ea
quæ alias in ordine ad eorum persuasionem, motio-
nemque dicenda sunt. Et in hac quidem parte Com-
binatio perspicue exposita, qualiter yniuersalissimum,
ac præstantissimum est inveniēti instrumentum,
etiam desideratur haec tenus apud Rhetoricos.

28 Itaque Rhetorica in quinque omnino partes so-
let distribui. Prima est Inuentio, quæ docet apta ar-
gumenta ad persuadendum, & mouendū quare-
re, & inuenire per comparationem materiae, de quā
tractatur, ad quædam loca communia, quæ designat,
recensetque; & sunt ferme eadem, quæ Logica ad
iūueniendum pariter argumenta pro suo fine ido-
nea designat in libris Topicorum. De quibus nos
infra. Et ab hac quidem parte, ut diximus, combi-
natio exācte exposita deest. Secunda pars est Dis-
positio, id est rerum iam inueniārum ordinata distri-
butione respectuē ad dictiōnem. A quā profecto di-

Pharsa Scientiarum, Tom. II.

spositione, sive ordinatā compositione præcipue de-
pendet vis, & efficacia orationis, atque etiam oina-
mētū & decor. Distribuitur autem oratio in Exor-
diū, que leuiter auditorum animi ad dictiōnem re-
liquam præparantur. In Narrationem, quæ explicatiō
quædam est dicendā rerum, & quasi funda-
mentū, & sedes constitutā fidei, seu persuasionis,
& motionis. In Confirmationem præcipuā oratio-
nis partē, quæ assumptūm propositūm rationib; &
argumentis stabilitur, oppoſitūque refutatur: & in
Epilogum, que breuis quædam est omnī dictōrum
recapitulatio, sive Perorationem, quæ nouas insuper
ponderationes amplificationesve rationum addit; ad
animos tandem excitados, seu pernouēdos. Tertia pars
Rhetorica est Elegatio: eloqui autē est, ea, quæ pru-
denter inuenieris & difſpiciens, idoneis verbis, ac sē-
tentis perpolire, & exornare. Is vero loquendo po-
tens est, qui oratione suā fidem facit, & animos fle-
dit, & id quidem delectando. Circa hanc Rhetorica
partē fūse tractat Rhetores de omnibus, quæ ad elo-
quitionē conferunt, qualia sunt ornatūs, & splen-
dor verborū, corū collocatio, & iunctura, Tropi om-
nes, atque Figura, stylus varius pro varietate materie
&c. Quarta Rhetorica pars est Memoria, quam elo-
quentia thesaurū merito appellant, cuius mala fides
summis nonnūquam viris magno rubori, & detrac-
to fuit, ut Ciceron, Demothenē, Theophrastus, Her-
odius Atticus, Heradius, Lycus, Bartholomæus, Sotinus, &
aliis. Cum tamen est contra multi ea facultate ab arte
proculdubio confirmata mirabiles extiterunt, ut Mi-
thridates, Themistocles, Crassus, Cineas, Theode-
tēs, Porcius Latio, Seneca, Corofus quidam adolescēs,
teste Mureto, & alijs. Esse quippe artem memorandi,
quæ memoria naturalis mirificē iunari possit, ex di-
cendis disp. 32. constabit, vbi Artem istam exhibe-
bimus. Quinta deniq; pars Rhetorica est Pronūtia-
tio, quæ & vocis modos, & manū, & toris corporis
motus ad aures astantiū, oculosq; alliciēdos regit: pro
quo multæ, variaeque regulæ tradūtūr à Rhetoribus.

De Arte Raymundi Lullij.

Raymundus Lullius, quem Doctorē Illuminatum
appellant, secularis cum esset & coniugatus in ere-
mum pœnitentiā, causa secessitib; que Arrem quā-
dam sciendi composuit, non sine supernaturali ali-
quā, ut fertur, speciali que in inspiratione, quam primo
late scriptam Arrem magnam, deinde vero ad sum-
mam redactam Arrem breuem vocavit. Adeoque ad
omnes scientias comparandas proficia, & efficax ip-
sum exercentibus vita est, ut Artis mirabilis nomen
sibi arrogauerit. Diuinit autem illam Raymundus
in tredecim partes sequentes.

Prima pars est de Alphabeto, vbi per. 9. litteras § 4.
termini significatur circa quos Ars versatur: nimirū.

B. Significat Bonitatem, Differentiam, verum,
Deum, Iustitiam, & Auaritiam.

C. Significat Magnitudinem, Concordiam,
Quid, Angelum, Prudentiam, & Gulam.

D. Significat Durationem, Concretatem, De
quo, Calum, Fortitudinem, & Luxuriam.

E. Significat Potestatem, Principium, Quare, Ho-
minem Temperantiam, & Superbiā.

F. Significat Sapientiam, Medium, Quantum,
Imaginariam, Fidem, & Acediam.

G. Significat Voluntatem, Finem, Quale, Sensi-
tuum, Ipm, & Inuidiam.

H. Significat Virtutem, Majoritatem, Quando,
Vegetatiū, Charitatem, & Iram.

I. Significat Veritatem, Aequalitatem, Vbi, Ele-
mentinam, Patientiam, & Mendacium.

A a 3 K. Si

R. Significat, Gloriam, Minoritatem, Quomodo, Instrumentatuam, Pictarem, & Inconstantiam,

Ex quibus terminis nouem, qui primo loco per dictas nouem litteras significantur, & transcendentes sunt, Principia absoluta dicuntur. Nouem vero, qui significantur secundo loco, & valde sunt universales, Principia respectiva appellantur; Nouem autem qui tertio loco, quæstiones quædam sunt, ut appareat, dicitur tamen in Arte Regulæ. Reliqui vero termini qui tres residuos nouenarios componunt, subiecta vocantur, & sunt. In quibus terminis sub litteris dictis combinandis, & variè combinandis totam profecto suam operam impendit hæc Ars.

Secunda enim pars eius est de Figuris. Quæ quatuor ponuntur. Prima est composita ex tribus circulis concentricis, in quorum centro ponitur A. Sunt autem Circuli diuersi in nouem partes, iuxta numerum litterarum Alphabeti, & in primocirculo ipsæ litteræ sunt distributæ. In secundo nouem principia absoluta in concreto, ut Bonum, Magnū, Durans &c. Vnumquodque sub ea litera per quam significatur. In tertio autem circulo eadem principia in abstracto pariter distributa sunt, ut Bonitas, Magnitudo, Duratio &c. Secunda figura constat ex duobus circulis concentricis, in quorum centro est. T. & in primo littera Alphabeti sunt distributæ, in secundo autem sub illis varij alij termini, inter quos consideranda veniunt principia respectiva Differencia, Concordancia, Contrarietas &c. Quæ sub ipsis terminis in nouem angulis trium triangulorum intra arcam circuli interni decussatorum collocata sunt. Tertia figura est tabella omnium binariorum ex dictis nouem litteris possibilium. Quarta figura componitur ex tribus circulis primo fixo, & duobus internis volubilibus seorsim circa centrum. In quorum singulis eadem litteræ Alphabeti sunt distributæ.

Tertia pars Artis est de Definitionibus, nempe principiorum absolutorum & respectivorum, quæ sunt in Alphabeto primo, & secundo loco posita. Hi namque 18 termini dumtaxat definuntur.

Quarta pars est, de Regulis, sive quæstionibus in Alphabeto positis: circa quas aliud non fit quam singulas diuidere in varias species, sive membra quæ sub se continent.

Quinta pars est, de Tabula quâdam generali habente septem columnas, & in singulis viginti quadriga claudentia in se rotidem quaternarios, compitos ex tribus litteris Alphabeti & littera T. variè interposita, quæ significat litteras Alphabeti, quæ sunt ante ipsam, pertinere ad primam figuram, quæ vero post ipsam ad secundam.

Sexta pars est, de Enactuione terriæ figuræ, quæ fit comparando omnes sex terminos uniuersique litteræ correspondentes, tum inter se, tum cum terminis alterius litteræ, cum illa componentis binarium aliquem ex pertinentibus ad tertiam figuram.

Septima pars est, de Multiplicatione quæ figuræ: quæ fit circumvolvendo illius circulos, & comparando eorum litteras omnibus modis possibilibus per ternarios.

Octava pars est, de Mixtione Principiorum, & Regularium sive quæstionum Alphabeti, quæ fit comparando cuncta ista inter se omni comparatione, atque adeo omni combinatione possibili.

Nona pars est, de nouem subiectis, quæ quarto loco significantur per nouem litteras Alphabeti, ubi eorum conditions assignantur, & quomodo illis alij Artis termini conueniant explicatur.

Decima pars est, de Applicatione nimis minorum minorum Artis quæ triplex distinguitur, scilicet Impliciti ad explicitum, Abstracti ad concreto, & quæstionis ad loca Artis.

Vndecima pars est, de centum formis, quæ sunt 39 centum quidam termini uniuersales, agiturque de quæstionibus, quæ iuxta alias partes seu loca Artis circa unumquemque huiusmodi centum terminorum, necnon circa alios Artis offici possunt.

Duodecima pars est, de Habituatione, ubi do- 40 cetur; quomodo intellectus habituandus est ad hanc Artem per exercitium eius.

Decima tertia pars est, de modo docendi hanc 41 Artem, qui breuiter exponitur.

Hæc somma Artis Lullianæ, ex quâ patet, tam eam in tradendis variis modis combinandi, atque adeo comparandi terminos propositos distin- 42 tam esse, proindeque artem quandam combinandi univæ esse; unicumque in instrumentum combinatio- nis: (quod inter omnia instrumenta sciendi possimum est, ut supra notauimus) in se continere, minus tamen perfectè propositum (nisi ego fal- lor) quam nos illud dabitum infra disp. 29.

Primo enim videtur Ars ista deficere, quod non demonstrat quod sint combinationes, sive collectiones possibilis ex terminis datis, & quomodo illæ ad quæc confici, sive percurri possint. Secundò quod scelum videtur agere de binaris & ternariis; non item de quaternariis, quinariis, & aliis collectionibus, seu aggregatis ex datis terminis fa- 43 stilibus. Tertiò quod per multas regulas variæ formatas (quasi varietas sommarum mysteriū con- tineat) non sine aliqua confusione, & praxis dif- ficultate tradit id, quod per unicam appetit, & abs- que mysterio tradi potest: ut videbimus disp. citata. Nimirum adæquata datorum terminorum combina- 44 tio, quam solum hæc Ars potest prætendere; nec tamen per omnes suas regulas videtur allequi. Quartò quod non aduertit, regulas suas non lo- lūm circa terminos uniuersalissimos, quos p̄ se ferit, sed insuper circa specialiores singularem scientiarum debere exerceri, ut harum veritas speciales per Arten hanc inueniri queant. Vnde factum est, ut multi Lullista decepti per solam combinationem terminorum huius Artis omnes scientias, etiam quod earum speciales veritatis ac- quiriri posse putent, & fructa tenent. Cum sit certissimum ex terminis uniuersalissimis huius Artis, qui omnes scientias transcendunt, solas uniuersalissimas veritates, in quibus omnes conspicunt, posse coniurgere. Atque ita ad deprehendendas spe- cialiores uniuersitatis, scientias, specialiores uniuersitatis terminos debere combinari. Quinto denique videtur Ars deficere, aut certè eius expoli- tores, quod non aduertunt, combinationem ex datis terminis possibilium multas debere reliqui, tanquam inutiles in ordine ad faciendam scientiam ypo- quarum extrema neque connexionem inter se neque oppositionem, neq; aliud necessitudinis genus habent ad scientiæ faciendam requisitum iuxta do- 45. Etinam in precedentibus traditam præferim disp. 9.8. & disp. 22.9.2. Quo fit ut multi Lullista, dum ex omnibus omnino combinationibus terminorum Artis argumenta teneantur, deponere ad compro- bandum id, quod intendunt, multa argumenta lepe producunt non solum debilia, nulliusque roberis ad propositum, sed contemptibilia penitus arque ridicula. Quo & ipsis Arti contemptum, inuidiamque conciliant,

Disp. XXIII. De nat.artis sciendi, &c. Q. IV. 283.

De Syntaxibus Artis mirabilis Petri Gregorij Tolosani.

44 Hic Auctor in opere isto aliud non praestitit, quam Artem Raymundi Lullij sub aliâ formâ, seu potius sub nullâ speciali, quoad materiam vero non nihil auctam tradere. Proponit enim syllabum sive tabulam terminorum, (quam Speculum vocat) continentem imprimis eos fere omnes, quos ponit Raymundus in suo Alphabeto, insuperque decem genera praedicamentorum Aristotelis, & alios quosdam. Deindeque prætermis figuris & regulis Lullianis, nullaque speciali methodo sive regulâ combinandi exhibita generatim supponit, per comparationem, aut etiam reductionem reliquorum omnium terminorum ad istos vniuersalios resu Speculi. Perque istorum item comparationem inter se in materia omnium scientiarum sine fine discutiri posse. Præterea ipsos Speculi terminos latè explicat, variaque dat vniuersalia sciendi præcepta, quæ eadem fere sunt quæ dantur in Logica Aris, & in Arte Raymundi. Ac tandem ut in omnibus discurrendi, seu disserendi materiam præbeat, discurrens ipse per omnes scientias, vniuersalioribus singularium principiis & conclusionibus propositis, vniuersalem quandam singularium præbet notitiam. Vnde ex pertinentibus ad veram vniuersalem Artem sciendi contenta in Logica Aristotelis, & in Arte Raymundi tangit. Sed minus explicat, minus disserit, & minus presertim, quam opus est. Quo neque Logicam Aristotelis, neque Artem Raymundi aut multum promovet, aut à defectibus absolvit.

De Typo omnium scientiarum Ægidij Moncurtij.

45 Hic Auctor Ordinis Minimorum S. Francisci de Paulâ est, & ipse Lullista. Qui in praescripto

opere aliud non facit, quam explicare per modum dialogi inter concupiscentiam, & veritatem terminos Artis Lullianæ, vtenque illis ratiocinatur in materia præfertim Theologica. Vnde eius scopus esse videtur Artem Raymundi circa Theologiam prædicare, breuiter accommodans ad hanc terminos illius, id quod etiam præstat DD. Petrus Sanchez de Lizarazo in suâ Lulliana Artis expositione, vbi illam eximè commendat, sicut & alij Lullistæ interpres eius Lupetus, Lauineta, Henricus Cornelius Agrippa, Guevara, Delgadillo, & ceteri. Quorum tamen plerique communiter eius expositione, aut praxi deficere videntur defectibus semper commemoratis n. 43.

De praxi Artis Lullianæ pro concionatoribus à P. Delga- dillo Carmelitano conscripta.

Fuit hic Egregius Concionator Hispanus à 46 me bene notus, & ipse Lullista. Qui præter Commentarios quos edidit Artis Raymundi, separatim in quadam Charta pro Concionatoribus speciatim propositi: præ 20. quæsitiones, secundo 100. terminos, tertio 8. utilitates, quæ ex eorum Combinatione capi possunt. Omnia Hispano Sermone, quæ in Latinum versa sunt huiusmodi.

Quæsitiones 20.

Si dispoluit. Si assequitur. Si auger. Si conseruat. Si extendit. Si magnificat. Si faciliter. Si fructificet. Sieleuat. Si promovet. Si inclinat. Si vtitur. Si meliorat. Si communicat. Si reparat. Si debetur. Si correspondet. Si ordinat. Si requirit. Si metitur.

Termini

20.

1 --- Fides.	Spes.	Auxilium.	Vocatio.	Lux.
2 --- Amor.	Fidelitas.	Spiritus.	Nuditas.	Perfectio.
3 --- Bonitas.	Liberalitas.	Misericordia.	Beneficium.	Æstimatio.
4 --- Obedientia.	Timor.	Humilitas.	Resignatio.	Paupertas.
5 --- Oratio.	Secessus.	Vnio.	Altitudo.	Cupido.
6 --- Sanctitas.	Perseuerantia.	Propositum.	Renouatio.	Calcaris.
7 --- Fortitudo.	Valor.	Expugnatio.	Resistentia.	Victoria.
8 --- Gubernatio.	Capacitas.	Prudentia.	Consilium.	Iustitia.
9 --- Pax.	Suauitas.	Prouidentia.	Præuentio.	Rectitudo.
10 --- Fælicitas.	Summitas.	Appetitus.	Satisfactio.	Centrum.
11 --- Recognitio.	Conuersio.	Contritus.	Penitentia.	Justificatio.
12 --- Puritas.	Superioritas.	Affabilitas.	Pulchritudo.	Splendor.
13 --- Gratitudo.	Imitatio.	Auxilium.	Gratia.	Redemptio.
14 --- Deificatio.	Religio.	Exemplum.	Patientia.	Mortificatio.
15 --- Deuotio.	Conscientia.	Limpitudo.	Quies.	Securitas.
16 --- Sollicitudo.	Exercitium.	Ædificatio.	Dedicatio.	Sacrificium.
17 --- Libertas.	Triumphus.	Celebratio.	Rectificatio.	Lucrum.
18 --- Reformatio.	Lex.	Proprio.	Examen.	Constantia.
19 --- Distributio.	Protectio.	Correctio.	Præmium.	Vigilantia.
20 --- Plenitudo.	Abundantia.	Beneplacitum.	Veritas.	Potentia.

Vtilitates. 8. ex predictorum Combinatione.

1. Inuenire duo mille quæsitiones circa quodvis punctum.

2. Probare vnamquamque quæsitionem centum rationibus.
3. Explicare vnumquemque terminum centum descriptionibus.
4. Elicere ad tria, vel quatuor millia Maximum, seu Principiorum.

Aa 4

5. Illu.

5. Illustrare quemvis scripturæ locum per singula verba in infinitum.
 6. Statutis aliquibus Maximis, sive Principiis per centurias discurrere ad probandum quodvis assumptum.

7. Examinare statum animæ propriae.
 8. Materiam Orationis mentalis inuenire distributis terminis per dies hebdotadæ.

Denique duo notat. Primum terminos non debere sumi abstractos, sed inter se contractos: secundum ex vnâ centuriâ multas fieri posse considerando illam, secundum omnia latera. Hæc ex illo summatim.

47 Circa quæ nota. Benè hunc Auctorem aduertisse, Combinacionem, quæ est scopus Artis Lullianæ, non solum circa terminos vniuersalissimos ipsius Artis, sed circa quosvis alios esse exercendam. Elegit autem ipse pro concionibus prædictos, quod sibi aptiores ad illas, & in numero proportionato ad præiunctum combinandi vii fuerint: posset tamen alios eligere, pluresque, vel pauciores. Quos autem ipse quæstiones nuncupat, termini etiam sunt verbales apti ad quæstiones atque propositiones, que sine verbis stare non possunt: cum tamen alii sint nominales. Quare centum etiam ex illis, potioreque iure quam ex his debuissent ponere: sicut & iustè recentis combinationibus ex eis possibilibus, exactius quæstiones, rationes, descriptiones, principia, &c. ex eis oriunda numerare. Tametsi hæc iuxta superius dicta totidem, quot combinationes esse non debent.

De Digesto Sapientia Yuonis Parisini Capucini.

48 In hoc opere Lutetia Parisiorum impresso anno 1648. Nexus omnium scientiarum, veramque Encyclopediam omnes scientias humanas comprehendentem diu quidem quæsitam, & eo usque nondum inuentam, putat se tradere Auctor iste, existimans eam habeti per unicam combinationem terminorum transcendentium Artis Raymundi Lullij, quæ principia appellantur tum absoluta; ut sunt Bonitas, Magnitudo, Duratio, Potestas, Cognitio, Voluntas, Virtus, Veritas, Gloria. Tum relativa; ut sunt Differentia, Concordantia, Contrarietas, Principium, Medium, Finis, Majoritas, Aequalitas, Minoritas. Ad hæc enim 18. principia omnino omnes humanas scientias reduci: quibus propteræ assumptis cæteros Artis Lullianæ terminos feicit.

49 Dividit autem Artem suam, quam notam reputat, in tres partes iuxta tres humanæ mentis operationes: Apprehensionem videlicet, Iudicium, & Discursum. Et in priuâ pro Apprehensione, quæ terminos simplices attingit, per totidem tabulas quæ sunt principia commemorata, innumerous alios terminos cuiuslibet eorum subiungit, qui vel eum concernunt, vel ei opponuntur quoquomodo, speciatimque ex reperitis in Bibliis sacris (quo quidem pacto omnes termini Calepini ad dicta 18. principia reduci possunt.) E. g. sub Bonitate ponit imprimis Communicationem, Auxilium, Utilitatem, Pulchritudinem, &c. Reducens subinde ad horum singulos ordine Alphabetico concerentes, aut contrariantes quovis modo. Nempe ad Pulchritudinem reducit hos: Adorno, Amonus, Amethystus, Apparatus, Barba, Capillus, Cas-

ries, Compono, Comptus, Concinno, Docet, Decor & alios multos; multoque plures discurrendo per terminos Calepini posset eodem pacto reducere. Quod dicit se facere, ut habeatur magna copia terminorum ad discursus faciendos, quibus & principia ipsa, ad quæ pertinent, possint occultari. Similiter sub principio Magnitudo ponit vñl titulos Profundum, Continens, Numerus. Et sub vñquoque rursus terminos plurimos: & speciatim ex Bibliis Altum, Altitudo, Aaron id est mons, Abias, Aethet, Agag id est teutum, Acerius, Ager, Altare, Aquila, Arbor, Arduus, Arx, Ascendo, Astra, Cacumen, Cælum, Caput, Cedrus, Cete, Circuitus, Collis, Conscendo, Cypressus, Desuper, Desursum, Effero, Elatus, Eleuio, Enectio, Exalto, Excelsum, Exhalo, Extollo, Fastigium, Firmamentum, Gigas, Immensus, Infinitus, Ingens, Libanus, Machina, Mons, Palma, Pinnaculum, Pinus, Pyramis, Scala, Solium, Statua, Sublimis, Surgo, Sursum, Sycomorus, Tabor, Thronus, Transcendo, Tribunal, Turris, Vapor, Vertex, & alios. Simili modo sub principio Duratio ponit ut titulos, Conservatio, Mora, Duratio mala, Continuatio; & Repugnatio. Et sub vñquoque plurimos terminos, præter eos, qui ex Bibliis. V. g. sub Conservatio, Permanentia, Confidentialia, Spes, Fortitudo, Columna, Constantia, Patientia, Reliquia Sanctorum, Prohibitionis alienandi, Memoria, Immobile, Terra, Centrum, Consuetudo, Vtus, Prescriptio, Prospæria, Annales, Alimentum, Torpedo, Mora; Repugnare continuationi Intermittio, Interpono, Interrumpro, Luna, Lunaticus, Mare, Momentum, Nunc, Oblivio, Pinnula, Conuero, Plebs, Corrumpro, Renascer, Renouo, Respiro, & calia plurima. Repugnare Mora Celeritas, sub quâ ponit Abortus, Accelero, Accola, Alelia, Breuitas, Calcei, Carbafa, Alæ, Capra, Cervus, Cito, Curro, Ignis, Diligentia, Euoluo, Expedio, Pluma, Pondus, Amor, Precurvo, Repente, Rhelda, Equi, & alia. Pariterque discutit per cetera principia, & eorum contraria.

Iam in secunda parte Artis, pro secundâ mentis operatione docet prædicta principia combinare, & consequenter etiam cæteros terminos ad illa reducibilis, quia ad unitos, inquit, ipsos, & combinationes terminos vñuersales, quod est mirabile, & longo meo experimento probatum, reducuntur omnes propositiones affirmativa, & negativa, quæcumque fieri possunt. Combinationes autem principiorum facit, ponendo unumquodque in recto, & cætera in genitivo; quo pacto sub quoquis resultant 17. Combinationes, & sub omnibus 306. quarum ponit Tabulas sic.

Bonitas.

Magnitudo bonitatis,
 Duratio bonitatis,
 Potestas bonitatis, &c.

Duratio.

Bonitas Duratio, &
 Magnitudo durationis,
 Potestas durationis, &c.

Magnitudo

Bonitas magnitudinis
 Duratio magnitudinis
 Potestas magnitudinis &c.

Potestas.

Bonitas potestatis,
 Magnitudo potestatis,
 Duratio potestatis, &c.

Ostendit subinde quomodo cæteri termini Artis Lullianæ ad has combinationes reducantur. Nempe Deus reducitur ad omnes, Angelus ad Magnitudinem

gnitudinem cognitionis, Cælum ad principium potestatis, &c. Quid autem continetur sub quavis harum combinationum ex specialioribus materialibus habet in tabula sub finem operis.

5 1 Denique in tertia parte Artis pro tertia mentis operatione docet, protopositum quodius thema reduci debere ad suum principium combinatum, ut intellectus de particulari habeat universalis; deinde percurrentia esse singula combinata principia, ut ex illis ad propositum conclusionem probandam possint etiū diversa media propriis suis inductionibus illustranda. Exemplum ponit in hoc themate. *Religio est bonum conueniens.* Quod nouem rationibus probat, ex nouem principiis absolute coniunctis cum relativis; quas currente calamo dicit se scriptisse, ex leuiter apprehensis ipsis principiis. Deinde exemplum ponit in hoc themate. *Melius est regere prudentia, quam vi.* Quid probat, discutendo per 306. combinationes principiorum commemoratas, totidem rationibus, licet interdum valde succinctis, tanquam rationum feminis, ut ipse ait, ubi ut plurimum non vtitur principiis ipsis, sed aliis terminis, aut æquivalentibus, aut concernentibus, aut quoquomodo ad ipsa principia reducibilius, iuxta tabulas huiusmodi terminorum supra datas ab eo, à nobisque indicatas. Ne autem fastidiosum sit, omnes dictas combinationes percurrente ad quodius thema probandum; dat aliam methodum, scilicet reducere thema ad sua principia, & ea combinare per circumvolutionem rotarum tertiarum figuræ Lullianæ, quam hinc apponit, & commendat. Aut per tabulam generalē eiusdem Lullij, quam hinc etiam depingit constantem septem columnis, quatum vnaquæque coalescit ex viginti collectionibus ternariorū interposita litera T. significante, quæ ipsam sequuntur litteras esse principiorum relatiuum; Hucusque præcium operis in quo, ut vidimus, exposuit Arrem.

5 2 Deinde vero discutendo per singulas combinationes principiorum supra commemoratas, tanquam per quædam capita vnamquamque earum latè illustrat, multa adducta eruditione vndequeaque ac demum aliquo themate demonstrato ferme in hunc modum.

MAGNITUDO BONITATIS Miscellanea.

5 3 Dicit magnam bonitatem esse effusam largitionem, & bonam; cuius amplæ & effusa largitionis plurima adducit exempla ex naturalibus, ex moralibus, ex politicis, ex historiis; adiunctis etiam sententiis eam laudantes.

Ex Iure Ciuiti.

Congerit multa ex Iure Ciuiti, citatis legibus de largâ, & magnificâ largitione seu plena beneficentia, deque spectantibus ad ipsam.

Ex Iure Canonico.

Idem præstat ex Iure Canonico.

Ex Theologia.

Idem ex Theologia citatis Sancti Thom. August. & aliis apud quos ea sint.

Ex Bibliis.

Pariter decerpit, quæ huc spectant ex scripturis Sacris.

Demonstratio.

Magnum & integrum beneficium conferendum.
Hanc propositionem, sive hoc thema probat percurrente i 8. principia per totidem rationes ex eis defumbras; quo finit hoc quasi caput, venitque ad secundum, sive ad combinationem secundam.

Duratio bonitatis.

Quam dicit significare continuationem, vel 5 4 moram in beneficio. Primumque circa continuationem multa afferit exempla sententiasque cōspectantes & concernentes sicut in præcedente. 1. Miscellanea. 2. ex Iure Ciuiti. 3. ex Canonico. 4. ex Theologia. 5. ex Bibliis. 6. ex Patribus. 7. Demonstrationem afferit, ut in præcedente, per 18. principia, totidem rationibus huius thematis *Beneficium est continuandum.* Pariter se gerit circa *Moram* afferendo Miscellanea, ex Iure Ciuiti, ex ex Canonico, ex Theologia, ex Bibliis, ex Patribus, demonstrationemque similem huius: *Beneficium sensim, & cum mora dandum.* Petgit, & similia suo ordine congerit circa *Celeritatem in dando,* quæ repugnat moræ: multa addit circa hunc nouum titulum; *vbi malum, simul rascitur antidorum.* Ex circafrequentem *Communionem* sub alio titulo; tandemque demonstrat hoc thema, sicut & alia, *Frequens Communio bonis optima.*

Potestas bonitas.

Seu potens bonitas, & quantum possit. Procedit 5 5 suo ordine afferens multa. 1. Miscellanea. 2. ex utroque Iure. 3. ex Bibliis. Demonstratque ut supra: *Beneficia sunt potencia ad conciliando animos.*

Cognitio bonitatis.

Primò afferit Miscellanea circa, *Beneficium par-* 5 6 *lam conferre;* & mox circa repugnans, *Latens be-*
neficium. Ponit Miscellanea, ex Theologia, & de-
monstrationem huius, *Latens debet esse beneficium.*

Voluntas bonitatis.

Seu *Appetitus boni.* Circa quod ponit Miscel- 5 7
lanea. Et mox circa *Amor sui bonus,* multa Mi-
scellanea, ex Iure Ciuiti, Canonico, Theologia,
Bibliis, Patribus, Philosophis, & demonstratio-
nem huius; *Bonum quare appetitur.* Rursusque
huius, *Oportet prius sibi quam alteri bonum velle.*
Adiungit insuper Miscellanea circa hoc opposi-
tum, *Respicere beneficia;* & demonstrationem hu-
ius, *Beneficium facile non accipendum.* Iterumque
Miscellanea, *Sub nocere.* &, *Peccans sibi no-
cer;* & demonstrationem huius, *Quando quisque
sibi nocet.* Addit Miscellanea circa, *Malus & in-
ordinatus sui amor.* Tum ex iure, Bibliis, Patri-
bus; & demonstrationem huius, *Caendum ab in-
ordinato sui amore.*

Sic prosequitur cæteras omnes combinationes 5 8
vsque ad finem tomij, qui valde ingens est. Sat ta-
men fuerit hæc pauca indicassi, ut methodus di-
currendi in hac materia huius Auctoris cognoscatur
ab iis, quibus sibi eius copia non fuerit. Qui
quidem sub titulis, sive combinationibus, *Ma-
gnitudo cognitionis.* &, *Maioritas cognitionis,* mul-
tæ eruditio[n]es præterea contendit probare dari
vnam

vnam scientiam vniuersalem, cuius principiis omnes particulares compendio addisci possunt, & per quam omnia scientia sunt, qualem putat esse suam a se in isto opere traditam, sicut retulimus.

59 Ceterum per nullam scientiam de principiis, aliisque veritatis vniuersalibus, communibusque cunctis rebus scibilibus, omnes scientias particulares de singulis illis agentes, quoad proprias earum veritates addisci posse, sicut Auctor iste praetendit, tum ex dictis in precedentibus, tum ex se est manifestum. Siquidem manifestum est, scientiam de genere neque esse per scientiam de specie includente tale genus; neque ipsam inferre. Ex quo patet illum quoad hoc aperte falli; sicut & alios multos Lullistas putantes per solam Combinationem terminorum suarum Artis, in omnium scibilium notitiam, sive scientiam veniti posse, prout *suprà num. 42.* notatum est. Nec referat ad terminos tum Artis Raymundi, tum huius Artis Yuonis (qua quidquid ipse dissimulet, pars quædam illius est) ceteros omnium scientiarum terminos eaturens dici posse reduci, quatenus illi utrumque transcendentis in his omnibus reperiuntur, sive eis conuenient. Quoniam ex hoc dumtaxat sequitur vniuersalissimas veritates ex illis terminis pullulantes, & per illorum combinationem ad intellectu reperiendas in omnibus pariter scientiis, quibus illæ sunt communes habere locum; quin tamen per earum notitiam specialiorum veritatum, quæ singularum scientiarum propria sunt, de veniri possit. Quid si terminis specialioribus singularum scientiarum ad illos 18. transcendentis huius, & Lullianæ Artis, quod illos aliquo modo participant, semel reductis, vires in hac suâ Arte reducit Yno; adhibitaque subinde combinatione eorum, multæ resulant, deprehendunturque veritates ad scientias speciales spectantes; id quidem non inde nascitur, quod tales termini specialiores ad tales terminos transcendentis reduti, & sub eis combinati sunt. Sed quod combinati absolute, atque adeo non tantum quoad illas communes, sed insuper quoad proprias specialesque rationes inter se comparati, tales speciales veritates progignunt, & exhibent, quales profecto pariter progignent, & exhibent, etiam nequaque prius ad illos transcendentis reduci; sed alia, & aliter collecti & spectati similiter combinarentur. Vnde tandem concludit in ordine ad acquirendam notitiam specialium veritatum singularum scientiarum invilem esse laborem, quem exhibet Yno, in reducendis omnibus terminis earum ad illas 18. transcendentis. In qua reductione potissimum stat specialitas, seu portius specialis exposicio, sive illustratio, si quam habet Ars eius, Artis Lullianæ. Ad id utique deseruit eiusmodi terminorum specialiorum ad illos transcendentis reductio, ut scatur, & appareat, quomodo illi ob summam suam vniuersalitatem, seu transcendentiam in ceteris omnibus aliquomodo reperiantur. Et consequenter veritates ex eis comparatis oriundæ pariter omnibus scientiis communes sint.

De Arte Cyclognomicâ. Cornelij Gemma.

60 Cuius inscriptio ita habet [Cornelij Gemma Lovaniensis Medicinae professoris de Arte Cyclogno-

monica libri tres. Doctrinam Ordinum vniuersam, vñaque Philosophiam Hippocratis, Platonis, Galeni, & Aristotelis in vnius communissima, ac circularis methodi speciem referentes, que per animorum triplices Orbes ad sphæra Cœlestis similitudinem fabricatos, non Medicine tantum arcana pandit mysteria, sed & innuendis, confringendisque Artibus, ac scientiis ceteris viam compendiariam patet. Antwerpia ex officina Christophori Plantini. 1569.] Ex inscriptione autem colligitur scopus operis. Quod sane valde obscurè ac vñtum mysteriose procedit, propositis passim figuris variis, typis, schematibusque quibus ea, quæ docet velare, & obleure potius quam explicare, & patetacere videtur. Expeditramen qua scripta in eo sunt summatim vñcumque referre, quo possit aliquale de ipso ferri iudicium.


In Libro 1.

Cap. 1. diuidit Artes, seu Methodos iuxta divisionem finium, efficientium, materialium & formarum earum; Artemque artium methodum solidam, Catholicam, & absolutam vocat, omnemque methodum reducit ad Analysis, Synthesis, & Peripheriam. Vocans Analysis divisionem superiorum in inferiora, synthesis vero abstractionem, sive adiunctionem inferiorum in unum conceptum superius; Peripheria autem methodus circularis est. Et Analysis quidem inuentioni est aptior, Synthesis traditioni. Cap. 2. modum procedendi intellectus circa subiecta scientiarum describit, scilicet prius magis communia per Analysis discutiendo, deinde minus communia. A cap. 3. usque ad. 6. omnia ad ternarium revocat, & unitam; & ita scientiam diuidit in Metaphysicam, quam reducit ad intellectum, & Physicam quam reducit ad imaginationem, & Logicam medianam, quam reducit ad rationem; vocatque ob id rationalem. Circa quod varias figuras, classes, ideasque depingit ex analogia ad mundos, quos ponit tres. Maiorem, qui est hoc vniuersum; minutem, qui est Homo; & tertium medium, qui est Republica. In his cuncta esse per Analogiam dicit: iuxta illud Platonicorum, aliorumque celeberrimum axioma, *Quidlibet est in qualibet, quod vñ ostendat, multa congerit pronunciata, quæ & Iurisprudentia, & Theologia prædicta & Medicina communia sunt.* De quibus nos *infra suo loco.* A cap. 6. usque ad finem libri, de circuione, seu conuersione methodi exemplari per quatuor genera causarum agit. Vbi etiam de amore lare, quem vniuersi clavigerum cum Orpheo vocat, & vniuersas causas complecti in se dicit. Eximè etiam extollit ternarium numerum tum verbis, tum praxi totius operis; in quo cuncta reducit ad ternarium, ducitque iterum ad unitatem, at enim Deum, qui trinus, & unus est, sibi similia cuncta creasse.

In Libro 2.

Latè in primis agit de causis in vniuersitate de 62 causis methodi exemplari, efficienti, finali, materiali, & formali; quarum schema proponit, quod totius methodi, totiusve Artis Cyclognomicæ veluti parigma est in hunc modum.

Causæ



63 Ad primum artis accedit. Definit Methodum
*Quae est inuestigandi veri via compendiarium: cuius vis
 omnis potissimum tum in instrumentorum, tum in
 rerum ijsarum ordinibus collocatur, potius variis
 Methodi divisionibus, quae in schemate supra po-
 sito fere continentur, nouem Canones assignat ad
 primum. Primus est, ut conceptus finis qui se of-
 ferte simplex in alios particulates quantum fieri
 possit dividatur, seu ditigatur. Secundus est, ut
 mox obiecti triplici mutua proponatur ob oculos
 necessitudo, sc. agentis, patientis, & virtutique pro-
 portio, quod medium paragon apellat. Ter-
 tius est, ut subiectum seu patiens in suas causas
 resoluator, iuxta ordinem discursus in longitudi-
 nem ab intellectu. Quartus, ut idem subiectum
 iuxta discursum Physicum ab imaginatrice pro-
 fluentem exploretur in latitudinem (quod praefat,
 quantum ex tabula possum colligere, comparando
 illud ad locos communes decem Categoriarum.)
 Quintus, circa idem principium passuum, sive sub-
 jectum discurrere docet in altitudine philologico,
 & a ratione deproprio; quod praefat comparando
 illud ad instrumenta logica, vel potius eam cir-
 ea illud exercendo per circulos, tabulas &c quia
 lia sunt compositio, divisione, definitio, demon-
 stratio. Hic ponit pro ordinatione doctrina cuius-
 us hos verius.*

*Membra decem subeant animo tradenda docentis,
 Subiectum, Series, Nomen, Finis, Causa,
 Effectus, Species, Partes, Cognata, Remota.*

Potest variis exemplis, figuris, tabulis cano-
 nes praemissos illustrat, seu offundit potius. Sex-
 tus Canon, versatur circa medium paragon, hoc
 est circa proportionem extremorum, vnde maxime
 sumitur indicatio: distineturque in construendis
 classibus Indicationum: est autem Indicatio simili-
 tudinis quedam vel dissimilitudinis notio inter agens,
 & passuum, viva nobis futura actionis insinuans ex
 analogia, sine proportione unius ad alterum, (hic
 namque agit de practica Indicatione) passim tam-
 men agit de Indicatione proportionis subiecti ad
 praedicatum, cause ad effectum, vel è contra &c.
 Atque id quidem secundum substantiam, quanti-
 tatem, & reliqua praedicamenta, quod sane per longas
 & obscuras ambages figuratum co spectare vi-
 detur, ut habitudo rerum quarumque comparata-
 rum deprehendatur. Septimus Canon instruit ad
 uestigandam naturam agentis (breuius quidem
 sed non clarius quam alia) ubi praecipere videtur,
 ut hanc resolutione & discursu quicquamadmodum
 circa passum. Octauus Canon, ex ante dictis in-
 uenire analogiam agentis ad passum, ubi
 docet Platonem usum Methodo dividendi (quam
 magnificet), quae quidem non est simplex divisione,
 sed mixta quedam ex resolutione & divisione in-
 ter media: nimirum quia primum dividitur subiec-
 tum in suas partes Logicas, ut beatitudin in ani-
 ma & corporis, deinde quodvis membrum divisionis
 resolutorum in suas causas & media, sive princi-
 piis, ut sunt beatitudinis virtutes prudentia, iusti-
 tia &c. quae causa rursus dividenda, & ita deinceps,
 donec prima elementa pertingantur, quod quidem est,
 divisionem miscere cum comparatione ad
 locos omnes. In quo sane stat omnis ars, quam
 sub ratione divisionis comprehendit Plato. Con-
 cludit autem vim omnem ubique: hoc est in qui-

busius scientiis, & artibus) in extremum prae-
 piè analogia & proportione positam esse, quod
 variis probat exemplis, vendo resolutione haec
 nus dicta, ut inveniat proportionem extremorum
 secundum substantiam, quantitatem, qualitatem
 & cetera praedicamenta. Nonus & ultimus Canon
 docet cuncta dicta retexere via synthetica, quod
 per varios circulos præstat satis obscurè; hic de
 Arte Lulliana despectè videtur loqui, canque potius
 ad sophistam, quam ad veras scientias com-
 parandas deseruire posse suspicatur: hic tabulam
 locorum communium Dialecticorum tradit, quam
 suspicatur esse artificium Lullij. Compositionem
 viam, sive syntheticam traditioni commodiorem
 dicit esse, à causis ad effecta: Resolutoriam sive
 analyticam inuentioni aptiorem vice versa. Rus-
 susque addit agens de demonstratione Methodo, à
 principiis ad conclusionem synthetice procedi, ana-
 lyticè autem à conclusione versus principia Com-
 positoria. Methodi affer exemplum, cum proposi-
 to particulari, visaque eius conuenientia cum
 aliis, abstrahit ratio conclusionis utrisque, & sic
 deinceps: ut proposito homine abstrahi potest ratio
 animalis, rursus ratio viventis &c. Divisione
 autem affer exemplum Vlpiani dividendi us
 in Naturale, Gentium, & Ciuite, rursusque in fer-
 uitutes, emptiones, venditiones & alias species,
 ad extremum Canones relatios sequentibus versi-
 bus comprehendit.

*Quam sit multa scopi facies circumspice primi.
 Harum quamque in agens, patiens, mediumque
 resolute.*

*Mens irahat in longum causas, elementaque
 passi.*

*Serpat & in latum signorum à sensibus ordo,
 P rincipies sphæra media ex ratione profundam:
 Fiat, ut in passo medijs resolutio triplices,
 Et totidem effusa classes ab agente ferantur.
 E medio extremis petitur proportio rebus.
 Componere resoluta via via versa priori*

In Epilogi.

Inter alia ita habet, Itaque à primo motore na-
 turarumque Architecto Deo ad res omnes, & mo-
 biles, & stabiles, & unas, & triplices obiter demon-
 strauit, ut puncta suum opificem cuius Characteris-
 sunt insignia, vndeque colant, obseruant, & admi-
 rentrur: ut iuxta actionis, & passionis communis-
 man rationem artes omnes, & facultates, que-
 stiones, actiones, & studia ex Trinitate aequi uni-
 tate perpetua gubernantur. Et enim hec omnis in-
 ter extrema principia duo, actuum & passionum, sc.
 seu res naturæ, seu rationis examenes, quae rarus
 extrema in unius medijs, seu Prosenes terribilis Par-
 anymphi cuiusdam ratione sunt comprehensa, in na-
 turali quidem essentia, & artificiali inter agens
 & patiens querenda proportio: vix virutique extre-
 morum affinitate vel pugna, in rationali comple-
 xu seu Dianotico inter subiectum ut vocat, &
 praedicatum in communis medio, quod argumentat
 à Dialecticis appellatur. Vnde eius tertiaro progres-
 sus à Deo incipiens per medianas classes singulæ, pra-
 cipue per animam rationalem, seu mundum mino-
 rem vixque ad humanam rem publicam, seu mundum
 uxoritatorum propagatur, usque ad scientie, vel artis
 cuiuscumque inuentionem, vel compositionem simi-
 lem tribus iis moribus analysi, synthesi, & virutique
 plena conuersione perficiendam. Ut enim in Deo est
 Pater, Verbum, & nexus utrinque spiritu faci-

Eius, ita & res mundi intelligibiles, atque sensibiles omnes catena quadam aurea in continuum sunt distribuita; ita & in anima rationali, vigem haec partes precipue illius superior se, & virtus inferior sive imaginatrix. Extrema haec denique copulans ratio eademque ex parte confusa definiens absolute. Ad normam omnium digesta est sphaera Methodica ratio, vel artis Cyclogonica nostra in orbis potissimum tres, & rursum in singulis discursionum incoluit orbitas tordidem, velum in longitudinem, latitudinem, & altitudinem exponit. Longitudinis quidem metaphysicam ab intellectu ex relatione rerum ad idem principium. Latitudinis à Phantasia, seu Physicam viam ex relatione secundum idem potissimum. Altitudinem denique Logicam, vel rationalem à ratione possibili oriundam cum relatione potissimum orbis rotantis circa idem velut centrum.] Hac ille quibus aliqualis operis anatome detegi videtur confusa & vniuersaliter.

65 In hac Arte pauca video ad praxim utilia praeter instrumenta Logicæ nota, quæ tangit: de quibus nos in sequentibus latius agemus, tamet nonnullas habeat notatu dignas observationes. Quorum potissima ea est, quam præ se fert ferre per totam de Analogia rerum, cuius profecto singularis obseruator, acque estimatur est ipsius Auctor tum in ipsa, tum in alia Arte, quam compulit & Cosmocriticam nuncupauit. Et quidem merito propere, quia de huiusmodi Analogia de quo nouo instrumento sciendi pro illa addito inferius nos disput. 3. dicemus.

*De Instaurazione magna, deque
nouo Organo Scientiarum Fran-
cisci Baconis de Verulamio.*

66 Hic Auctor Anglia Cancellarius hæreticus a quadeo damnatus est, sed istud ipsius opus cum expurgatione permisum. Quod quidem ut ex eiusdem Nouo Organo, Lugduni impresso anno 1545. constat, & *Instauratio magna* inscribitur, & in sex partes distribuitur, quas tamen omnes non videatur Auctor absoluisse, atque adeo neque euulgasse. Prima pars continet *Partitiones scientiarum*. Secunda pars est ipsius *Nouum Organum*, quod etiam vocat *Interpretationem naturæ*. Tertia est de *Præsumptionis Vniuersi*, sive de *Historia naturali*, & *experimentalis ad condendam Philosophiam*. Quarta pars appellatur *Scala intellectus*. Quinta *Prodomi*, sive *Anticipations Philosophia secunda*. Sexta *Philosophia secunda*, sive *Scientia actina*.

67 Et in prima quidem parte, quæ seorsim circumferunt impressa sub inscriptione de dignitate, & augmentis scientiarum. Imprimis ipsius lib. 1. post longan litteratum commendationem vindicationemque à caluminis, tres intemperies doctrinarum notat atque ponderat Auctor. Scilicet alia est doctrina phantastica, sive vanæ imaginationis: alia irrigiola, sive vanæ altercationis: alia mollis, sive vanæ affectionis, quatum postrema, & omnium pessima aut imposturæ aut nimia credulitati subnititur, valdeque subinde est obnoxia falsitati, & mendacio. Deinde quodam alios morbos scientiæ humanis valde aduersos recenset. Primo, inmodicum studium duorum extremorum Antiquitatis, aut Noutitatis. Secundo, Suspicio, quædam & diffidentia, que nihil nunc posse in-

Pharsa Scientiarum Tom. I. I.

veniri autummat, quo Mundus tandem carere potuit. Tertio, Exultimario, quod ex omnibus &is veteribus optima semper fuit electa. Quartu, Præmatura atque proterua deducatio doctrinæ in artes, & Methodos. Quinto, Renunciatio vniuersalitatis doctrinæ, & prima Philosophia post peculiares scientias paratas. Sexto, Eximia reverentia intellectus humani, qua se subdueunt homines à contemplatione naturæ & ab experimentis. Septima, Intrusio propriarum meditationum, & artium in quanvis doctrinam. Octauo, Impatientia dubitandi, & caca festinatio decernendi. Nono, Imperiosa tradendi methodus: neque omnia interpidè affirmanda cum Epicuro, neque omnia sibi dubio linquenda cum Socrate, & Academia. Decimo, Aueratio à præcipuo scopo scientiarum, qui in eo est ut Arri quam quis profiteretur aliquid præclarum adiiciat. Non in eo præcipue, ut subtilis interpretis, vehementis antagonista, aut methodici abbreviatoris, aut iniurialis transmutatoris munus obeatur, quo vngalitia scientiarum augeri quidem poterunt: patrimonium, & fundus minimè. Undecimo denique pessimus morbus, sive error est, Deuiciatio à proprio scientiacom fine, qui est gloria Dei & humanae vita subsidium. Præterea libro secundo, lustrationem generalem aggreditur omnium scientiarum seu doctrinarum in eamque deinceps diuisionem, & singularium explicacionem incumbit per omnes libros sequentes, & que ad finem voluminis. Interim sedulo & accurate adnotans, quænam earum partes negligunt, in cultaque facient, quænam omnino desiderant, ut tandem demonstreret posteris viam eas redintegrandi; nimur per novum methodum, quam molitus in hoc integro suo opere Instauracionis magna.

In cuius secunda parte de *Nouo Organo*, sive 68 de *Interpretatione naturæ* nouam suam Arctem. Scienti tradit; quæ tota in eo posita est ut documenta præbeat ad veritatem querendam, non intra intellectum mediis notionibus abstractis atque atque adeo confusis, quod præstat Logica vulgaris, sed intra res ipsas mediis experimentis ex eis sumendis. Quo circa ars imprimis est expiendi vrgendique naturam rerum, ut se se prodar per manifesta experimenta, ex quibus intellectus humanus itinere certo possit ascendere ad axioma non tantum vniuersalissima, & remota; sed etiam minus vniuersalia, & proxima; eaque non mere notionalia, sed bene terminata ipsisque rerum medullis hærentia: per quæ non iam ad probabilem tantum, & contentiosam, sed ad certam stabilemque scientiam, eamque ut plurimum actuum atque adeo generi humano valde utilem veniri posset; idque non per viam syllogismorum, quam docet Logica vulgaris, sed per viam numquam hæc tenus tritam inductionum legitimarum exquisitorumque, quam monstrat hæc ars. Syllogismus quippe ex propositionibus constat, propositiones ex verbis, verba notionum testisæ sunt. atque ita si notiones confusæ sunt, & temere à rebus abstractæ nihil in iis quæ superstruuntur est firmitudinis. Itaque spes vna est in inductione vera certis experimentis submixa.

Igitur in libro primo, *Noui Organi*. Per 130. 69 Aphorismos multa sententiosè pronuntiat de natura & proprietatibus, atque defectibus tum scientiarum tum humani intellectus. De erroribus, & deceptionibus, quibus humanus intellectus, ut putari pse, aut plenus, aut obno-

xius incessit hactenus per viam visitatam
 discendi, quam prescribit vulgaris Logica, no-
 tionum scilicet abstractarum, ex eisque nascen-
 tium syllogismorum. De obstaculis, ac detri-
 mentis scientiarum oriundis indidem, & ex ne-
 glectu experiendi, necnon ex defectu, aut etiis
 inscrita veræ inductionis, quam ipse per hanc
 suam Artem nouiter satagit introduce: de aliis
 que multis ad hæc spectantibus. Post quæ li-
 bro secundum, accedens iam ad proponendam Ar-
 tem ipsam interpretandi naturam, eam in duas
 partes partiri, altera est de educendis axiomati-
 bus ab experientia, altera de ducentis experi-
 mentis nouis ab axiomatibus. Statuit autem
 debere imprimis preparationem fieri Historia nat-
 uralis, & experimentalis, quæ fundamentum,
 & basis huius totius Methodi est. Quoniam
 verò huiusmodi Historia varia est, & sparsa, ut
 intellectu circa confusione compareat, intra or-
 dinem idoneum siti debet. Itaque formanda
 sunt Tabulæ, & coordinationes Instantiarum,
 id est rerum, seu subiectorum convenientium in
 natura sive forma, de qua suscipitur contempla-
 tio, ratiocinatio, aut inquisitio, E. g. Pro in-
 quisitione formæ calidi, instantia in tabula histo-
 ricè proponendæ sunt. Primo. Radj solis. Se-
 cundo. Meteora ignita. Tertio. Fulmina com-
 burentia. Quartu. Eruptiones flammæ. Quin-
 tu. Flamma omnis. Sexto. Ignita solida. Septi-
 mo. Balnea calida. Octauo. Vapores, & fumi-
 ferentes, & cætera huiusmodi. Secundo, fa-
 cienda est tabula Instantiarum, quæ priuantur
 natura data de qua agitur. Earum videlicet tan-
 tum, quæ magis cognata sunt præcedentibus,
 ne abeatur in infinitum. Tertiæ, facienda est ta-
 bula Instantiarum, in quibus natura de qua sit
 inquisitio inest secundum magis, & minus, si-
 ne secundum gradus diuersos, quales sunt gradus
 caloris in diuersis subiectis, aut in eodem pro
 diuersis temporibus. Propositum autem, & latè,
 non tamè adeo expositisclare his tribus tabulis,
 quas comparentiarum Instantiarum ad intellectum
 appellat. [In opere, inquit, Aphor. 15. ponenda
 est ipsa induitio. Inuenienda est enim super com-
 parentiam omnium & singularium instantiarum na-
 tura talis, quæ cum natura data perpetuo adsit,
 absit; atque crescat, & decrecat; sive limita-
 tio naturæ magis communis. Vnde affirmative occi-
 current opinabilia, & notionalia, male termina-
 ta, & axiomatica quotidie emendanda. Facienda
 tamen est, ait Aphor. 16. natura solutio, & se-
 paratio. Est enim inductionis vera opus primum
 ad inueniendas formas, Reiectione sine exclusione na-
 turarum singularium, que non inueniuntur in ali-
 quæ instantia, ubi natura data adsit, aut inueniuntur
 in aliqua instantia, ubi natura data absit. Aut inueniuntur in aliqua instantia crescere,
 cum natura data decrecat, aut decrescere, cum
 natura data crescat. Tum vero per Reiectionem
 debitis modis factam secundo loco, tanquam in
 fundo manebit (aberrantibus in fumum opinioni-
 bus volatilibus) forma affirmativa solida & ve-
 ræ & bene terminata.] Iam Aphorismus vigesimo
 primo, dicit post prædictas tabulas Com-
 parentia prima, & reiectionem, sive exclusi-
 um; pergendum esse ad reliqua auxilia intellectus
 circa interpretationem naturæ, & inductionem
 veram & perfectam; quæ quidem auxilia nu-
 merat, dicens [Dicemus itaque primo loco de

Prerogativis Instantiarum. Secundo de admini-
 culis Inductionis. Tertio de Rectificatione Induc-
 tionis. Quarto de variatione Inquisitionis pro
 natura subiecti. Quinto de prerogativis natu-
 rarum, quatenus ad inquisitionem, sive adeo
 quod inquirendum est prius, & posterior. Sex-
 to de terminis Inquisitionis, sive de synopsi om-
 nium naturarum in uniusculo. Septimo de deduc-
 tione ad proximam, sive de eo, quod est in or-
 dine ad hominem. Octavo de Paræstere ad In-
 quisitionem. Postremo autem de scula affer-
 ria axiomatum.] Quæ quidem totidem sunt
 partes in quas hic subdividit Artem. Ex illis
 verò dumtaxat agit usque ad Aphorismum, quin-
 quagesimum secundum, & finem huius libri se-
 cundi, de prima, scilicet de Prerogativis
 Instantiarum; hoc est de differentiis, seu di-
 versis proprietatibus eorum: quas 27, recen-
 set & late explicat. De cæteris vero nusquam
 videtur scriptile. Nam in hoc volume so-
 lùm habet præter dicta, opusculum breve, in
 quo describit qualis debeat esse, & sufficiat
 Historia naturalis, & experimentalis pro bali
 & fundamento huius Artis, & Philosophia
 comparanda per illam; subiungens catalogum
 omnium Historiarum particularium,
 quæ conficienda sunt. Alia verò duo, vel
 tria parva volumina huius Auctoris, quæ so-
 lùm extate videntur (quorum præcipuum po-
 stulum est) de quibusdam partibus His-
 toria naturalis, & experimentalis sunt ab ip-
 so composita. Ex quibus appareat eum Artem, seu
 Methodum sciendi, quam molitus fuerat, in-
 choatam tantum reliquise.

Verum enim verò circa illam nonnulla
 mihi certa videtur. Primum, eius Aucto-
 rem vehementer deceptum fuille, quid pu-
 tauerit, & supposuerit omnes scientias hu-
 manas in uniusculo ab experientia depende-
 nt, neque aliter quam mediis experimentis
 venire acquirendas. Constat enim ex dictis in
 præcedentibus, atque etiam ex se Geome-
 triam, Arithmetica, Primam Philosophiam,
 & alias huiusmodi scientias Metaphysicas in-
 dependentes esse ab experimentis; utpote
 quarum principia experimentalia non sunt,
 nec per experientiam notescunt; sed per so-
 lam vim intellectus iudicatiuum ex ipsis ter-
 minis uniusculibus, ex quibus constant,
 apprehensis deprehenduntur. Vnde manifestè
 etiam fallitur dictus Auctor, dum alicet
 scientiam subinxam notionibus uniusculibus,
 & abstractis, nec terminatis in ipsis expe-
 rimentibus, atque adeo singularibus rebus,
 ex ipso esse opinabilem, & incertam, errori-
 busque valde obnoxiam. Cum potius, quo sunt
 uniusculores, & abstractiores termini scien-
 tia, atque adeo à singularibus experimen-
 talibus remoti, cōcidentior, & certior
 & minus erroribus exposita scientia sit. Ut
 patet in Geometria, Arithmetica, & Philo-
 sophia prima; quarum certitudo, & eviden-
 tia maior adhuc est, ut implurimum, quam
 quo per experientiam capitur in scientiis
 Physicis. Ex quo tandem appetit, in co-
 etiam dictum Auctorem deceptum esse, quod
 afferit; defectus atque detimenta scientiarum
 omnium uniuersitatem (quæ certe, nec tot nec tanta
 sunt, quantum ipse exaggerat) ex neglectu

aut etiam inscrita experiendi profecta esse, id
namque, ut tuum, est verum de defectibus, &
detrimentis scientiarum physicarum; Metaphy-
sicarum vero non item.

71 Secundum enim certum est, si omnes, & solas
scientias Physicas ab experientia dependere, val-
de quod proinde ad illas acquitendas conferre docu-
menta regulasque experiendi, quales praetendit
praedictus Auctor in sua Arte. Quæ quidem
utiliores forent, si & minus multæ, & minus
implexæ, & minus nouis, atque exquisitis ter-
minis obscurata ab eo suffit tradita, prout
eas nos curabimus tradere *disputatione vigesima
quarta sequente.*

Ex dictis autem in tota hac quæst. colligitur id,
quod dicebamus *supræ questione secunda*, omnia
ferme instrumenta sciendi commemorata *questio-
ne tercia*, ex quibus legitima Ars vniuersalis
sciedi coalescit, aut tradita iam ab Auctoribus,
aut ræta aliquatenus esse; tametsi ab eis non tam
perspicue, & exactè, quam opus est, fuerint
exposita quamque nos, annuente Deo, in *sequen-
tibus disputationibus* exposita dabimus. Ut se-
quitur.



DISPUTATIO XXIV.

De Observatione.

PRIMVM ex instrumentis sciendi
Observatio est. De eaque proinde
est à nobis in hac *disputatione* agen-
dum: atque adeo etiam de Arte ex-
periendi, quæ potissimum Observa-
tionis, qualis est experimentalis, regulas tradit.
Deque ipsius administris, sive annexis Atribus
ficiendi, seu percipiendi sensationes tum exter-
norum sensuum, tum internorum.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid sit Observatio, &
Quotuplex.

Observatio præparatio quædam est materia
scientiarum; atque adeo illa in attenta ani-
maduersione, seu notatione, securaque asserua-
tione, aut etiam sedula inquisitione terminorum,
questionum, propositionum, atque etiam illa-
tionum consistit. Termini quippe, questiones,
propositiones, & illationes materia scientiarum
sunt circa quam, vel ex quâ, prout ex dictis in
superioribus constat. Et is dicitur observare
quodam coram quatuor, qui cùm in illud aut
media inquisitione, aut alter incidit, & atten-
tè adserere ac notat; & vel memoria affixum,
vel scriptum ad usum futurum texendi aliquatenus
scientiam, tenet & asseriat. Et quo patet
quanti momenti sit Observatio ad scientiam com-
parandam: tanti quippe ea interest ad scientia
acquisitionem, quanti ad cuiusvis operis con-
structionem præparatio materia, ex quâ illud est
construendum. Præterquam quod ipsa Observa-
tionis Scientiarum, Tom. II.

tio, ut plurimum scientia insuper quædam
est.

Dividi autem potest imprimis Observatio ex
parte materie in Observationem terminorum re-
spondentem simplici apprehensioni, & Observa-
tionem questionum apprehensioni etiam simpli-
ci respondentem (quatenus questionis obiectiva
propositio est simpliciter tantum, ac dubitatuè
apprehensa circa affirmationem, aut negatio-
nem, iuxta dicta *sapientia disputatione decima no-
na, questione septima*,) & Observationem pro-
positionum respondentem iudicio, seu affirmati-
o, seu negatio, & Observationem respondentem
dilectioni illationum obiectivarum, hoc est
connexio, aut oppositionum propositionio-
rum obiectivarum, quibus nituntur illationes
formales; prout in *superioribus* sape explicata
est. Et observationem alicuius ex mixtionibus
seu collectionibus, qua ex quatuor praedictis ob-
servabilibus coalescere possunt.

Alier tamen potest Observatio diuidi, ex 4
parte modi, in Observationem experimentalem,
id est dependentem ab experientia proximè, vel
remorè: & Observationem idealē, id est oriun-
dam circa experientiam à sola contemplatione,
seu consideratione propriâ obseruantis, & Ob-
servationem doctrinalē, id est nascentem ex
aliorum doctrina aut scripta, aut ore prolatā.
Ex quibus prima, nimirum experimentalis, aut
potest esse casualis, id est facta mediis experi-
mentis casu, fortuitoque obuenientibus; aut
potest esse industriosâ, id est facta mediis experi-
mentis ex industria quæstis. Industriosâ au-
tem rursus, aut naturalis esse potest, id est facta
mediis experimentis quæstis à causis naturalibus,
prout operantibus de suo circa omne artificium;
aut artificiosâ, id est facta mediis experimentis
quæstis à causis naturalibus; aut etiam aliunde
alicuius artificij interventu. Similiter Observa-
tio doctrinalis, aut casualis potest esse, id est fa-
cta mediâ doctrinâ fortuitâ obueniente; aut potest
esse industriosâ, id est facta mediâ doctrinâ ex in-
dustria quæstis. Quilibet autem harum aut ter-
minorum, aut questionum, aut propositionum,
aut illationum, aut alicuius ex eis mixtionis
potest esse Observatio, iuxta priorem diuisio-
nem.

QUÆSTIO II.

Qualiter generatim loquendo
Observatio facienda sit.

DVO sunt Observationis munera; ut ex de-
scriptione eius tradita constat. Primum
attente inspicere, aduterere, sive notare id,
quod est obseruandum. Secundum asseruare
illud ad aliquem usum futurum. Quæ quidem
attentio, ut secura sit, per illius descrip-
tionem in aliquo ad id parato codice fieri de-
bet. Nam quidquid obseruatione dignum o-
ccurrit sù soli memoria credatur, certè pericu-
lo pereundi committitur. Ob id vtque Plinius
nihil legisse fertur, quod non exscri-
perit. Itaque omnis scientiarum studiosus
paratum sibi codicem habere debet, in quem
statim referat quæcumque obseruatione digna

B b 2 percepit